



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 3. Episcopi pulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. sunt. Ergo omnes S. Cæsarium in loco
 A. C. 506. Exilii sui tanquam Apostolum venerabani-
 tur. Alaricus Rex, ipsius Innocentia cognita, jussit, ut ad Ecclesiam suam rediret,
 & ille, qui eum accusaverat, obrueretur
 lapidibus. Jamque populus cum lapidi-
 bus concurrebat; qua re comperta S. Cæ-
 sarius velociter ad Regem se confert, &
 reo Gratiam impetrat, ut haberet poenitentiam
 agendi tempus. Arelatem redeunti obviam progressus est populus
 cum Cereis, & Crucibus Psalmos decan-
 tans, crediditque, ipsius precibus a Deo
 datum, ut post diuturnam ariditatem sa-
 luberrimus imber caderet.

§. III.

Episcopi pulsi.

Alii quoque Galliarum Episcopi similem
 suspicionem non effugerunt, quod
 alienam Dominationem optare diceren-
 tur. Ita Aprunculus Episcopus Lingonen-
 sis erat suspectus Burgundionibus, quia
 in totam Regionem Francorum terror
 diffundebatur, & populi omnes novos
 Dominos experiri optabant. Burgun-
 diones tanto odio in S. Episcopum incen-
 si sunt, ut quibusdam mandaverint, eum
 secreto interficere. Res tamen ad San-
 eti aures pervenit, cum esset Divione pa-
 tria sua. Itaque nocturnarum tenebra-
 rum beneficio, & amicorum opera per
 mœnia

mœnia demissus, fugit in Arverniam, ubi Sæculum VI.
 S. Sidonio successit, & undecimus Episco- A. C. 506.
 pus Claromontanus fuit. Successor ejus
 Euphrasius S. Quintianum Episcopum Ru-
 tenensem excepit, simili causa pulsum.
 Nam ex quo Clodoveus ad Fidem fuerat
 conversus, multo majus erat apud omnes
 Francorum desiderium. Cum itaque in-
 ter Rutenenses, & Episcopum ipsorum
 orta essent jurgia, Episcopum insimula-
 runt, quod Francis se subjicere cuperet.
 Gothis, qui illam urbem incolebant, fi-
 dem fecerunt; quamobrem illi virum
 occidendi consilium arripuerunt. Ipse
 a fidis hominibus admonitus cum famu-
 lis, quorum exploratam habebat fidem,
 noctu aufugit, & in Averniam venit, ubi
 ei Episcopus Euphrasius humanissime ex-
 cepto Domos, agros, vineas liberaliter
 dedit, dicens, hujus Ecclesiæ Bona utri-
 que sustentando esse sufficientia. Epis-
 copus Lugdunensis quoque aliqua Bona, *Greg. vit.*
 in Arvernia ad suam Ecclesiam pertinen- *PP. c. 4.*
 tia eidem donavit. S. Quintianus poste-
 riore tempore Episcopus Claromontii
 fuit, & ad extremam Senectutem per-
 venit. Ecclesia ipsius memoriam 14. Ju-
 nii colit. Eodem obtenuit quod Fran-
 cis (*) faveret, a Gothis expulsus est Vo- *Martyr. R.*
 lusia- *14. Jun.*

O 2

lusia-

(*) Fleurius iam hac ætate ad denotandos
 Francos, qui pulsis Romanis Gallias occuparunt,
 utitur

Sæculum VI. lusianus septimus Episcopus Turonensis,
A. C. 506. S. Perpetui Successor, & Tolosam missus,
Greg. X. ubi diem clausit. Verus ejus Successor
hist. c. 31. eadem ex causa ejectus, & in Exilio mor-
tuus est.

§. IV.

S. Severinus Agauniensis.

Vit. S. Seve- Ex his, quæ sequuntur, constat, haud
rin. to. I. Att. sine causa Alaricum Visigothorum
Ben. p. 568. Regem potentiam Francorum reformi-
Boll. II. Feb. dasse, quippe Clodovei dextra interse-
p. 547. ctus est. Sed ante hoc Bellum Clodo-
veus in Febrim quartanam anno Regni
sui 25. JESU Christi 505. incidit, & hoc
morbo annis duobus vexatus est, quin
Medicorum arte, vel Episcoporum ora-
tione levaretur. Tandem Tranquillinus
Regius Medicus febricitanti suasit, ut
opem quæreret in Monasterio Agaunien-
si, ubi S. Mauritii Reliquæ servabantur,
& illius loci Abbas Severinus plurimos
morbos sanabat. Misit Rex unum e Cu-
biculariis suis nomine Transoarium, qui
S. Abbatem adduxit ad Regiam. Cum
S. Abbas in via Nivernum divertisset, in-
venit Episcopum Eulalium jam ab anno
integro ægrotantem, atque usu aurum,
& linguæ carentem. Illico eum suis pre-
cibus

utitur voce hodie usitata: *Les François;* sed
præmettere. Melius diceret: *Les Francs.*